Sed qd decora nouimus uocabula
Num scire consumptos datur.
Iacetis ergo prorsus ignorabiles
Nec fama notos efficit
Qd si putatis longius uitam trahi
Mortalis aura nominis
Cum sera uobis rapiet hoc etiã dies
Iam uos secunda mors manet.

Qd mundus stabili fide II 8
Concordes uariat uices
Qd pugnantia semina
Foedus perpetuũ tenent
Qd foebus roseum diem
Curru prouehit aureo
Ut quas duxerit hesperas
Phoebe noctib; imperet
Ut fluctus auidũ mare
Certo fine coherceat
Ne terris liceat uagis
Latos tendere terminos
Hanc rerum seriem ligat
Terras ac pelagos regens
Et celo imperitans amor
Hic si frena remiserit
Quicquid nunc amat inuicē